




P. VERGERII
DE INGENUIS
MORIBUS
ETC.
FLORENTIAE
S. A.
INCUNABULI
A
6
51
Biblioteca Nazionale
Centrale - Firenze











FRANCISCI
CAESARIS AVGVSTI
MVNIFICENTIA.



XXI
Per P. VERGERII
S. BASILII
XENOPHONTIS
PLUTARCHI et
S. HIERONYMI
opusc. [illegible]
Flor. 14..



Quae Opera cōtinentur in hoc uolumine

Opus preclarissimum Petripauli Vergerii Iustinopolitani de Ingenuis moribus

Basilii uiri Eruditissimi & Sanctissimi Opus diuinum

Leonardi Aretini ex xenophonte traductio de Tyrannide

De liberis educandis Plutarchi Opus

Hieronymi Presbiteri de Officiis liberorum erga parentes breuis admonitio



PETRI PAVLI VERGERII IVSTINOPOLITANI AD VBERTINVM CARARIENSEM: DE INGENVIS MORIBVS OPVS PRECLARISSIMVM:

Răciſcus ſenior auus tuus: cuius ut extant plurimę res magnificę geſtę: ita & multa paſſim ſapienter ab eo dicta memorantur: dicere ut accepimus Vbertine ſolebat. Tria eſſe inquibus bene cōſulere ſuis liberis parentes: ut facile poſſunt Ita iure meritoq; tenerentur. Primum uti honeſtis illos nominibus appellent. Nam. n. eſt ut in re parui momenti nō parua iactura idem coram nominis appellationez ſortitum eſſe: in quo qdē ſolent plerunq; nonnulli errare: dum leuitate quadam: aut ipſi nouorum nominum auctores haberi uolunt: aut ſi qua a ſuis maioribus acceperunt tamq̄ gentile patrimoniū ad poſteros certa fide traſmitunt. Alterum ut in egregiis urbibus eos ſtatuant: Nam āplitudo ſplē dorq; patrię plurimum ualet: tum ad opes & gloriam: tum & ad id quod tertio loco conſtituebatur ab illo: & iaz dicetur a nobis Quāq̄ in

.a.



d' Hippolito della Casa n[illegible] mp°

2

hoc plerumq; ueniat quod Themistocles cum esset atheniensis seriphio cuidam in contentione respondit: dum ille non propria uirtute sed patrię splendore gloriosum factum eum contenderet. Neq;.n. inquit is: uel tu si atheniensis esses clarus extitisses: aut ego si seriphius essem ignobilis. Tertium autem erat ut bonis artibus liberos erudirent: Prędare omnia ut in omni genere rerum prudentissimus sui temporis: & erat & habebat̃: sed postremum illud pręter cętera commodissime. Neq; eniꝫ opes ullas firmiores: aut certiora pręsidia uitę parar̃ filiis gẽitores possunt q̃ si eos exhibeant hõestis artibus: & liberalibus disciplinis instructos. Quibꝫ prediti r̃bꝰ: & obscura suę gẽtis nomĩa: & humiles patrias attollere: atq; illustrar̃ cõsueuerunt. Naꝫ & mutare sibi nomen: duꝫ id sine fraude fiat: unicuiq; per leges licet: & transferre quando libeat: domicilum nemo ꝓhibetur Artibus ũo bonis nisi quis ab adulescẽtia fuerit instructus: aut sit puersis infectus exstiterit: nõ facile de se speret in ętate prouectiori posse

aut has abicere: aut illas continuo ſibi parare
Iacienda ſunt. enim in hac ętate fūdamēta be
ne uiuendi: & formandus ad uirtutem anim9
dum tener eſt & facilis qnamlibet impreſſio-
nem admittere: quę ut nunc erit: ita & in reli-
qua uita ſeruabitur. Verum cum omnes ho-
mines deceat parentes quidem in primis eos
eſſe qui recte erudire ſuos liberos ſtudeant: &
filios deinde tales: qui parentibus bonis digni
uideri poſſint: Pręcipue tamen qui celſiore
loco ſunt quorum nihil neq; dictum neq; fac-
tum latere poteſt. Decens eſt itaq; principa-
libus artibus inſtructos eſſe: ut & fortuna. &
gradu dignitatis quam obtinent digni habe-
antur. Aequm eſt .n. qui ſibi ſumma omnia
deberi uolūt: eos debere & ſumma omīa de ſe
pſtare. Nec eſt ulla certior aut ſtabilior regnan
di ratio q̄ ſi hi q regna obtinent ab omībus dī
gniſſimi ōniu3 regno iudicēt. Quā ob re3 cū
ſis Vbertine primu3 quide3 nomē ſortitus qđ
fuit in ur̄a familia diu celebre: & ab eo nuper
illuſtratum. qui retro ſextus principatu3 ex ge
nere ueſtro tenuit. Deinde in hac uetuſtiſſima

urbe que & cũctarꝝ bõaruз artiũ ſtudiis floret & rerum omnium copia in hominũ uſus abũ dat ex principum genere. Atq; ipſo patre pri cipe natus; ſub ductus cuius & foelix urbis ſta tus & familie ueſtre clariſſimũ nomẽ excreſcit indies magnopere letor pro mea fide: tuaq; ac tuorꝝ beniuolentia: quod te uideo: tũ per parẽ tis diligentiaз: tuз maxime tuo iuditio ad bo nas artes: & pręclara ſtudia omni niſu propen ſum ferri. Et ſi eniз tria illa quę diximus a pa rentibus maxime deſiderari uideãtur: in quo ruз profecto ſingulis non ſũm qui negeз eos plurimum poſſe: pręcipue tamen cũ parentes nomina imponunt natis. Caſus nonnunq̃ ele ctio dat homini patriam. Bonas autem artes: atq; uirtutem ſibi unuſquisq; comparat. Que quidem pręomnibus quę poſſunt ab homi- nibus ſtudio quęri exoptanda eſt. Nam opes gloria: uoluptates fluxę res ſunt & caducę: ha bitus autem fructuſq; uirtutum perſtat in- teger: atq; ęternus manet: Hoc igitur ſi te commoneam ut Sedulo facias: tam & ſi ip ſe Libenter id Preſto: Video Tamen eſſe non

4

necesſarium? Quid .n. aliud poſſum monere te: ut facias q̃ quod ſemper facis : aut quem alium tibi ad exemplum uirtutis cõmendare quã te ipſum? Cum.n.ita ab ipſa natura &ani mi:& corporis dotibus conſtitutus uideare ut omnia magna ſperare de te liceat : tuq; adeo etiam maiora omnia pręſtes.ut non mõ ſpem ſed& uota quoq; omnium exuperes: Quid eſt quod aut adhoratione cuiuſq̃ fortius promo-ueri poſſis : aut cęterorum imitatione magis accendi : Tuo igitur nomine breue hoc opus ſuſcepi: & de liberalibus adoleſcentię ſtudiis: ac moribus : ideſt inquibus rebus exerceri in genuos adoleſcentes: quidue cauere conueni at adortus ſum ad te ſcribere: nõ quidem quo ipſe te : ſed ut per te cęteros id ętatis cõmone am & quom quid agendum ſit aliis pręfinio tu quod per te facis in te recognoſcas : Cum enim ſit homo ex anima corporeq; cõſtitutus magnuʒ quoddam ab natura conſecuti mihi uidentur: quibus eſt datum ut & corporis ui ribus & ingenii ualerent: Nam cum plurimos uideamus : quibus ſine culpa euenit naſcen-

tibus : ut & ingenio essent tardo & corpore in
becili : quantas gratias haberi naturę conue-
nit si secundum utraq; hęc: & integri sumus
& ualidi. Ita autem referet̃ digna naturę gr̃tia:
si nõ neglixerimus eius munera : sed ea rectis
studiis bonisq; artibus excolere curauerimus.
Principio igitur erit unicuiq; suum ingeniu3
per se spectandu3 : aut si minus p ętate3 nobis
ppendere id licebit : parentes cęteriq;: quibus
curę erimus aĩaduertere debebunt & in quas
res natura proni aptiq; fuerimus eo potissimũ
studia nostra cõferri: & in eis toto uersari con
ueniet: maxime uero qui sũt liberale ingeniũ
a natura cõsecuti sinẽdi nõ sũt aut inerti otio
torpere : aut illiberalibus implicari negotiis.
Omnino aũt liberalis ingenii primum argu
mentum ẽ studio laudis excitari: ĩcẽdiq; amo
re glorię Vnde oritur generosa quedam inui
dia: & sine odio de laude probitateq; cõtẽtio.
proximum uero parere libenter maioribus.
Nec esse bene monentibus cõtumaces. Nam
ut equi meliores ad pugna3 abentur q faciles

ſunt manu regi: & ad tubaꝝ clangore arectie auribus exultant. Ita qui iuuenum bene audi unt monitoribus & laudati excitantur ad bo num: uberis ſpem frugis ferre pręſe uidentur Quom enim bonū ipſum uirtutis hōeſtatiſq; faciem inexperti rerum conplecti ratione non poſſint quę ſi poſſet oculis uideri mirabiles ad ſapiētiaꝫ: ut inquit Plato & Cicero meminit de ſe amores excitaret. Proximum eſt abhoc gradu ut glorię laudiſque ſtudio ad optima conari uelint, amplius autem: &q ſunt in acti onibus pronti: fugientes otium: amantq; ſēp aliqd recte agere: bene diſpoſiti natura uiden tur. Nam ut in eiuſdem generis ſimilitudine uerſemur quēadmodum equi curſores melio res habentur qui dato ſigno protinus exiliunt nec calcarium ſtimulos: aut flagelloꝝ plagas morati ſubſiſtunt: Ita adoleſcētes qui cōſtitu tis horis ad ſolita ſtudia intermiſſaq; pauliſp exercitia: alacres ſine monitore redeūt: pręcla re conſtituti ad uirtutis opera habendi ſūt Sđ & ſi cominationes ac uerbera metuant: magis aūt ſi dedecꝰatq; ignominā unde naſcit̃ uere

5

cundia: quę est in ea ętate signum optimum
Bene igitur habet: si & obiurgati erubescant
& castigati fiant meliores suosq; pręceptores
ament: Nam & disciplinam amari inditio est
Nec minor uero ad omnem probitateꝫ haben
da: de his spes est: qui sunt natura benigni: ac
facile placabiles. Est eniꝫ in animo simile quo
dam quod & in corporibus: nam ut in his si-
gnificatio est bonę naturę nullo cibo abhor-
rere stomacum: sed quicqđ ingeritur facile ad
mittere & in alimentum confiare membroruꝫ
ita ut neminē odisse, aut aspernari: sed qcqd
dicantur fiat ue in meliorem partē habere om
nia bene ab ipsa natura cōstituti animi signū
est: Ac multa quidem in hunc modum sumi
a maioribus argumenta possunt: Quod uero
ad corporis habitudineꝫ attinet: molles carne
aptos ēē mēte scripsit Aristoteles. De reliquis
cōsulēdi erunt q per physonomiaꝫ deprhendi
posse unius cuiusq; ingeniuꝫ natiuosq; mores
profitentur: quā nos hic ratiōeꝫ totā relinqua
mus. Dingosci aūt plerumq;: diximus: ex in
dole potest adulescentibus nobis: quales uiri

futuri ſumus. Nam ab initio quidem ętatis
profert in quibuſdam natura probitatis futu
rę ſigna ueluti floſculos. Vnde bonę indolis
Iuueues dicimus: qui effigie ipſa oris & geſtu
c terisq; actibus ſpem de ſe bonaȝ polliceri ui
dentur. Quibus ut turpe eſt expectationem
hominum fallere: ita laudi hi dantur: qui ſi-
ne ulla tali ſignificatione probi tamen euaſe-
runt imitati pomoꝝ quoddã genus quę ſub
turpi atq; aſpero cortice ſuauem aſeruant ſa-
porem. Hinc bene pręcipiebatur a Socrate ut
adoleſcentes in ſpeculo ſuam imaginem cre-
bro cõtemplarentur: ea ſilicet ratione: ut hi qui
bus ineſſet ſpeciei dignitas uitiis illaȝ non de
honeſtarent: qui uero deformiori ſpetie uide-
rentur formoſos ſe ex uirtutibus reddere cura
rent. Magis autem id ipſum conſequi fortaſſe
poterũt: ſi nõ taȝ ſuaȝ ſpeciem: q̃ alieos ꝓbati
hominis mares: & uiuuȝ ſpeculuȝ intuebun
tur. Namq; ſi. P. Scipio &. Q. Fabius q̄d om-
nibꝰ fere generoſis mẽtibꝰ uſu euẽit: illuſtriũ
uiroꝝ contẽplandis imaginibꝰ excitari ſe ma
gnopę dicebãt: q̃ res iuliũ quoq; cęſarem uiſa

6

magni Alexādri imagine ad summā re℞ accē
dit. Quid consentaneum est euenire quom ip
sam uiuam effigiem: & ad huc spirans exem-
plu3 intueri: q̄q̄ imagines fortasse maio℞ ma
gis ad ęmulatiōe3 glorię animos excitēt: prop
terea quod hominis pręsentia minuere plerūq;
gloria solet: & uiuentes comitari consueuit in
uidia: ad exemplum certe uirtutis ac moru3 &
ad omnē doctrinam ut uiua uox: ita & uiui ho
minis mores plus ualent. Debet igitur studio
sus adulescens: quem uirtutis uęreq; glorię
desiderium concitat: unum aliquęm pluresue
quos uereatur diligere probatissimos uiros:
quorum uitam ac mores: quautum p̱ ętatem
licebit imittetur. Illis aūt. cęterisq; natu maio
ribus cum ōni tempore habenda sit grauitatis
atq; modestie ratio: tū ẜo maxime corā iunio
rib⁹ custodienda ē. Iuuenum.n.etas prona est
ad peccādum: ac nisi maio℞ exēplis auctorita
teq; cōtineat̄: facile sēper in deteriora ꝓlabitur
Et quoniam insunt ipsis ex ętate ꝓprii mores
quod & reliquis quoq; ętatibus accidi ex eis q
boni sunt usu pręceptisq; confirmandi erunt

& iuuandi: qui uero mali atq; illaudabiles cor
rigendi. Quorum hi quidem naturam secuntur
tantum: quidam autem experientię defectum
alii uero utrumq;. Sunt. n. imprimis natura lar
gi ac liberales: propterea q̄ non sunt experti in
digentias: neq; opes eis labore proprio quęsitę
sunt. Non. n. solet fieri ut temere dissipet q̄ cu3
labore congregauit: Simul & quod super ab-
ūdat in eis calor ac sanguis nō modo ī nutri
mentum corporis sed & augumentum etiam:
quod contra fit in senibus cōtraria id efficien-
te ratione: quē igitur eum speremus futurum
senem q̄ sit inadolescentia tenax atq; auarus
Non quidem quo permittendę sint eis largitio
nes quas exercere cum discretione numeru3 p
sonarum: meritorumq; nesciūt: sed corruptę naturę
atq; illiberalis ingenii sit inditium. Hi igitur
adquęstuosas artes faciunt: aut manuale opus
aut negotiationem: ad curam rei familiaris
pręcipue: qui & si nobiliores fuerint: quādoq;
artes assecuti: illas tn̄ semper ut cętera ad igno
bilem q̄stu3 redigunt: queq̄d3 res ē ab īgenuis
mētib9 p̄rsus aliēa q̄d q̄d sūt bōe spei multaq; ac

magna sibi facile promitunt: ac preceteris lon
geuam etatem: ut quibus exuperat naturalis
calor tamq̄ ad omne opus: & in omne tempus
suffecturi. Ac propter hoc ipsum magnanimi
sunt & alti cordis: quoniam est ea uis calidi ut
sursum ferat: unde fit: ut sint arrogantes & iu-
xta flaccuȝ monitoribus suis asperi & cōtume
liosi aliis se ipsos efferentes: appetunt enim ex
cedere: propter quod uolentes: uideri multa
nosse faciles sunt operta reuelar̄: & se ipsos iac
tantes: plerunq; mendaces inueniuntur simul:
& quia inexperti sunt: existimātes uera dicere
in plurimis falluntur: Ab hac autem mētiendi
uanitate deterendi sunt maxime: Primum ꝙ
assueti in iuuentute mentiri morem hunc uiri
seruant: quo nihil est turpius: deinde ꝙ prope
nichil eque maiores offendit q̄ mēdacia: adule
scentū: qui studeant pridie nati senes fallaciis
circūuenire: Proderit aūt si ad moueant̄ paruȝ
loq & raro nisi iussos dicere. in multo nāq; ser-
mone est aliquid semper ꝙ rephrendi possit ꝙ
si in alterutro est peccandū: multo sane tutius
est tacere q̄ loqui. Nam qui intempestiue tacet

hoc in unum peccat ꝙ tacet loquendo autem in multis errare contingit. Prouidendu3 etia3 ne fędis atq3 inhonestis sermonibus asuescant Nam ut est a poeta gręco dictum: & ab apostolo Paulo repetitu3. Corrumpunt bonos mores colloquia mala. Secundum autem superiorem ratione3 quonia3 sunt excelentię cupidi sunt etiam uerecundi quonia3 inhonorari metuunt: & castigationes parentum: magistriq3 ex recenti meminerunt: simul & quoniam inepxerti sunt facile refelli se posse arbitrantur. Sunt item creduli nimis ex defectu namq3 experientia rerum uera credunt esse quecumq3 audiunt: atq3 etiam defacili mutāt opiniones quoniam sunt eorum humores in motu ppē augumētu3 corporis: & abundat calor: q maxime ad motiones facit. Anima ūo cōplexione3 sequitur corporis. Ideoq3 ut facile carentes concupiscunt: ita potiti satiatur cito Passiones ūo sua maxime ꝑsequntur: & omnia faciunt ualde: quoniam cōcupiscētias habēt acutas: quas calor īcitat: neq3 uigēt ratiōe & prudentia: quę illas moderari possint: ego ūo iuxta terētianū

Sosiam non iniuria id arbitror apprime in ui
ta esse utile: ut conmode fiant omnia ac ne qd
nimis. Sunt quoq; miseratiui: nec maligni
moris: quoniā a generatione pximi sunt beni
gnum habentes sanguinem cęterosq; ex se ex
istimant q̄ pauca omiserunt. Quaʒ ob reʒ eos
credunt in iuste pati. Maxime uero gaudent
amicis & sodalitates amant quas plerūq; ea-
dem die & inneunt & dirimunt: Iuxta has igi
tur aīaduersiones erit adhibenda doctrina: &
boni qdē mores adiscendi: mali ūo aut minuē
di aut prorsus eradicandi erunt: Et de cura iu-
uenum cuʒ plurimum domesticę disciplinę p
missum est: nonulla tamē solent legib9 diffini
ri. Deberēt aūt ut fere dixeriʒ oīa: naʒ & rei pu
blicę ītē iuuētutē ī ciuitatib9 bene moratā ēē
& si fuerint adulescentes ratiōe īstituti: erit idq
dē utile & ciuitatibus: & ipsis bonū. maxīe ūo
ut spetialius dicamus: ab his peccatis phibēdi
sūt: in quę facile natura ab ipsa ętate deducūt
Habent eniʒ: & ętates sua ppria quędam uitia
Adulescētia libidinibus ęstuat ętas media ābi
tione iaciatur senectus cupiditate auariciaq;

consumitur: non quo ita omnes habeant sed
quod in hęc uitia ex ętate proniores sunt ho
mines. Curandū est igitur ut iuuenes q̃ ma
xime diu integri seruentur immatura namq;
uenus: & animi: & corporis uires eneruat: ꝙ
erit si a choreis cęterisque huiuscemodi ludis
& item ab omni muliebri frequentia arcean
tur aut si nichil de his rebus loquātur: aut au
diant: nam cum ipsi per se ętatis feruore ad
uenerea rapiantur: nulla erit spes reliqua: si
malignus quoq; consilio comes accesserit: prę
cipue uero si nunq̃ ipsi erunt ociosi: sed semꝑ
in aliquo honesto mēbroꝝ: aut animi labore
detineantur. Otium enim ad libidines: & ad
omnem intemperantiaȝ pronos efficit. Itaq;
adolescentes nimia sospitate laborātes multo
conueniet labore sanari: nec uero his ociū tan
tum: sed & solitudo quoq; uehementer est ini
mica: quę infirmum animum assidua taliuȝ
rerum cogitatione demulcet: nec alio diuerti
sinit: ut enim qui desperatione tenentur soli
tudini minīe credēdi sūt: & ita qb⁹ uoluptate
d̄uictus est anim⁹. itaq; & ab ōni fęditate ac

nefaria turpitudine. & prohibendi sũt etiã ma
gnope custodiendi: Non nisi hiis cõmittendi
quoruʒ mores: & uita õnis pfecta sit: quoꝶ q̃
non iam exẽplo peccẽt: sed auctoritate dete
reantur quemadmodum teneris arboruʒ uir
gultis stipites alligantur ne aut propria mole
aut ui ulla uentoꝶ deflecti possint: ita & iuue
nibus adhibendi sũt comites quoꝶ mõitis dis
cant: & conscientia rethrantur: & imitatione
proficiant. Continendi sunt etiã ne aliis: que
sũt circa uitã ĩmoderatioꝛs fiãt. Nã sup fluus
cibus ac potus: & somni abundantiores ex cõ
suetudine magis sunt: non quo uariis habitu
dinibus corporum plus minusue deberi ex his
rebus negem: sed quod in omnibus homini
bus natnra paucis adiumentis contenta sit: si
necessitatem spectemus: siuoluptatem nihil il
li possit uideri satis. A uino ũo ĩ ea ętate maxi
me sũt arcẽdi: cuiꝰ minus usus: & ualitudini
bone inimicus ẽ: recte rationis usuʒ magno
pere perturbat. Qua in re nequaquã mihi ui
detur improbanda lacedemonioꝶ ratio: qui
ebrios seruos exiberi ĩ cõuiuiis suis curabant

non quidem ut eorꝝ insulsis sermonibus: au
foedis actibus delectarentur. Nam ĩ humana
uoluptas ẽ damno hominis: aut uitio delecta
ri hominem: sed ut adolescẽtibus suis exẽplo
ostenderent: q̃ esset turpe temulentum uideri
Sunt igitur ut ab ãnis teneris asuescant ita po
tandi pueri ut illis magis aqua temperetur: q̃
limphetur uinum: & iã sobrie quidez ac raro
ut magis ad moliendum cibum q̃ adminu
endam sitim datum potus uideatur. neq; n.
dceet nõ ꝙ mõ ad uirtutẽ sed ad bonã quoq;
ualitudinem pertinet. Ventre cibum potũue
metiri: aut hibernis noctibus sõnos ęquař aut
uoluptatibus modum satietate pręfinire: sed
ratione moderari omnia: & ita assuefieri ut
iuueniles inpetus facile frenare possimus arbi
trariq; non omne quod ꝑ potentiã uel occasio
nez facer͂ liceat decere: ut faciam9. Ante õnia
uero decet bene institutum adolescentem rei
diuinę curã respectũq; nõ neglire: eaq; opiõe
ibui abieũte ętate. Nã q̃d erit illi inter hões
sãctũ cui diuinitas despecta sit: nec ũo usq; ad
ãniles decet supstitiones prouehi: ꝙ ĩ ea ętate

10

damnari plurimu3 solet: & irrisioni patere sed
adcertū modū: q̃q̃ qs mod9 adhiberi in ea po
test in qua ōne q̄ possumus īfra modū ē. Prę
cipue uo q̄ ī ōni ętate abhominabile ē monē
di sūt nō execrari diuina: neq3 sacra nomīa ir
risioni habere: neq3 spōte facile iurare: Nā q
temere iurāt: crebro peierare cōsueuerūt: pxi
me aūt senib9: ac maiorib9 natu plurimū reu
rētię adhiberi cōuenit eosq3 parētū prope loco
existimarī: ī quo erat romana iuuētus uetusto
mor̄ pclare īstituta: quę senator̄s quos patres
appellabāt: qua die haberet̄ senat9 deducebāt
ad curiam: ibiq3 assidui prę forib9 aderant: di
missioq3 senat9 r̄ducebāt frequētes domū: quę
nimiꝶ erant: rudimenta constantię patientię
q3 in prouectiori ętate pręstant. Qui ergo iuue
nes libenter senibus hęrent: nec ab his facile di
scedunt a quibus pficere possunt hi nō temer̄
uelle uident̄ ętate3 uirtute pręuenire: Institu
endi sunt pterea quo pacto deceat admittere
uenietes: quo abeuntes dimittere: ut oporteat
uerecūde salutar̄ maior̄s. mior̄s: humāiter col

ligere: amicosq; beniuolos familiariter cōue-
nire: que cū in ōnib9 apte sedeāt tū ūo ī pricipi
bus: & eoꝝ liberis spetiosa uident: & notatur
in his maxie in quoꝝ morib9 atq; ōni uita fa
cilitas qdem amari solet: ğ uitas uero laudari:
utrobiq; tñ uerēdu3 ē: ne ul' hęc ī agrestē seue
ritatē aut illa ī scurilē leuitate3 exeat. Hęc aūt
ita cōsequi poterunt si se facile qsq; argui mo
neriq; patiatur: que ratio in omni ętate: & cau
sa atq; cōditione salutaris est. nam ut obiecto
speculo faciei nrę mēdas cognoscimus: ita &
castigantib9 amicis errores perpēdim9 animi
qui proximus est ad emendationem locus: hi
autem facillime deceptioni patent: qui nihil
audire possūt quod cōtristet. imbecillis ē eni3
stomaci ferre nisi delicata nō posse: decet ita
q; & male dicentes pati posset obiurgātes audi
re. Na3 qui se nō patitur presentē argui: non
facile solet cum est absens defendi. Veru3 eos
maxime qui sublimiore sunt fortuna: & ī quo
rum manibus nrbium populorumq; Ius est:
decet non modo facile: sed etiam libenter be
ne monentibus audire: Quanto & ipsi per mul

itam licentiam proniores sunt adpeccandum :& eorum peccata obesse pluribus solent ac eo qdē magis curādum quod pauci sunt q dicere eis q̄ uerū decensq; sit audeant: pauciores qui uelint audire: Nā q uult uerū audire facile inuenit a quo audiat. Itaq; mirū uideri potest: si sit qspiā bonus aut sapiēs inpotēti statu ac magnis fortunis nat9: nec aduersū umq̄ casū expt9: & siquis eiusmōi hūc ꝑquodā quasi terreno deo amādū colēdūq; existimo: quippe cū inter afluentiam rerum ad omnes uoluptates suppetētiū ad facultatem assequēdi quęcūq; cupierint: & adulatoꝝ īgētē copiam: q solēt ex stultis īsanos facere: uix ratiōi ac recto iuditio uacat uspiā locus. Id pulchre plato sētiebat. & cōmode paucis uerbis significauit qē nos locū huc aduerbuȝ ex gorgia trasferamus: difficile est .n. inquit: & plurima laude dignum in magna pccandi licentia iuste uixisse. Sed & nimia quoq; parētum indulgentia emoliri atq; eneruare adolescētes cōsueuit: quod ī his plerūq; māifestū ē: q sub uiduis matrib9 ꝑ delitias sūt enutriti

placet igit͂ que ē apud quosdam gentium con
suetuo: ut liberos suos. aut exstra ciuitatē aut
certe extra domum apud cognatos: amicosue
educare curēt: quos & si plerūq; īdulgentiores
inueniret. Hoc ipsum tñ ꝙ in aliena domo ui-
uere se ītelligant solutiorē illis licentiaȝ adimit
et melioribus studiis que liberalia dicimus in
tentiores reddit: de quibus tēpus est iaȝ nos di
cere. Liberalia igit͂ studia uocam9: q̄ sūt hoīe
libero digna: ea sunt quibus uirtus: ac sapīa
aut exercetur aut colitur q̄bus que corpus: aut
animus ad optīa queq; disponit͂. unde honor
& gloria hominibus queri solet: que sunt sapi
enti prima post uirtuteȝ ꝓposita premia: nā ut
inliberalibus ingeniis lucrum & uoluptas ꝓfi
ne statuit͂: ita ingenuis uirtus & gloria. Opor
tet igitur aprima infantia his intendere & ad
sapientiam omni studio conari: Nam si nulla
est priuataruȝ artium etiaȝ earum que minus
acuminis exiguut quam excelenter asseq̄ quis
possit nisi a teneris annis illis incubuerit: Quid
de sapientia iudicabimus: que tam multis ma
gnisq; rebus cōstat: & in qua arte toti9 uite pre

cepta rationesq; continẽt: Nõ erimus pfecto: quõiã sapiẽtes & :haberi: & ẽẽ uolumus oĩes: Nõ erimus inquam in senectute sapientes: nisi iuuenes primũ bene sapere ceperimus Nec ũo suscipiẽdũ ẽ: quod õnibus pene uulgo ẽ usur patum: ut existimemus eos qui iuuenes supra ętatem ratione sapiant maiores facto desipere aliqñ solere: q̃q̃ & hoc iqbusdam nõ ab horre at ab physica ratiõe: qbus cũ ĩ puberib⁹ sensus uigeat: crescente postmodũ etate marcescunt Quo ĩ generẽ ẽ senex q dã adulescẽte cõfutatus obscuru3 ẽ aũt utriusq; nomẽ: cu3 enim is prę ter ętatem prudens probusq; haberetur: seniq; ad miraculu3 illũ ostenderent. Erit igitur inqt inquit insenectute demẽs qui sit in adulescen tia ta3 sapiẽs: & ita quidẽ uoce sublata ut adu lescens audiret. Ille ũo innati acuminis nihil oblitus: atq; in eum protinus cõuersus: tu ergo inquit prędare in adulescẽtia sapiens extitisti fuisq; illum: ut aiunt: armis confodit. Et est quidem ex natura in plerisque iuuenibus tãta ingenii celeritas ad intelligendum: & ad in ueitigandum tantum acumen ut uel sine mul

ta doctrina de rebus maximis loqui possint sententiasq; dicere grauissimas quorũ ingenita uis si eruditiõe corroboret̃ iuuet̃q; disciplĩa sũmos uiros parere ea res solet. Vt igit̃ hi diligent̃ curãdi sunt ita nõ negligẽdi q mediocri ualẽt ingenio qn uel hoc potius iuuãdi q̇ ẽ in eis uis naturę defectior · Omnes tñ a pueritia studiis laboribusq; mãcipãdi: dũ faciles animi iuuenũ dũ mobilis ętas: ut ẽ maronis uersus: at eo magis tũc ĩsistẽdũ quo ętas illa eruditiõi aptior ẽ q̃ cęterę: q̃q̃: & õni ętate discendum ẽ nisi fortasse turpius aliquãdo ẽ discere q̃ nescire: Quodq; cõtra iudicauit cato ille portie familie prĩceps qui latinas litteras prope senex: grecas iam certe senex edidicit: nec credidit seni t̃pe discere q̇ esset pulchrũ hõi scire: Socrates etiã tãtus philosophus iam etate prouecta fidibus operã dedit digitosq; suos magistro formãdos cõmisit. Cũ nostros interea iuuenes si placet deo prę molitię discere pigeat: & uix dũ ablactatos pudeat sub magistro ẽ: q tamen iudicio proprio minime cõmittendi sunt sed

bonis artib9 ad bōa rectaq; studia sūt inducēdi Na3 alii qde3 laude: & p spē honoris alii munusculis blāditiisq; aliciēdi minis alii flagrisq; cogendi erūt: atq; hęc quidem omnia ita rite pēsāda: ratiōeq; moderāda ut & ī eodē īgenio uicissim hiis artibɔ preceptori utāť: & caueēdu ut neq; nimiū illis faciles: neq; nimium seueri sint. Nā ut nimia licētia bona3 indolem soluit ita: grauis: & assidua castigatio ingenii uim e neruat: natureq; igniculos in pueris extinguit qui du3 timent oia audere nihil possunt: fitq; ut pene sēp errent dum insingulis rebus errare se timent: maxime uero inquibus supabūdat nigra colera laxius continēdi erunt eosq; plurimum suo arbitrio cōmitti conueniet: & liber tate iocisq; oblectari: in quo genere cōplexiōis non omnes quod aristoteles uoluit: sed pluri me certe ingeniosiores sūt. Ve℞ euenit ut ple riq; ingenio liberali prędìti dum recta studia seq ipso cōtendunt aut manu iniecta reuocāť aut quibusdam oppositis quasi repagulis incursus subsistere cogunť aut alio diuertūť: plurimis. n. angustia rei familiaris īpedimēto fuit

quę liberꝝ animū: & ad meliora natum quęsiui coegit inseruire: taꝫ & si per extremas dificultates generosa natura solet in altum emergere: & magis profusa reꝝ copia q̄ summa inopia bonis īgeniis nocere cōsueuit. Cum de his nō sine īdignatiōe nō dici soleat o q̄ magnus hic erat futur⁹ uir si in minorib⁹ esset fortunis natus q̄busdaꝫ parētū īpiuꝫ & ab īfantia suscepta cōsuetudo obstitit. Naꝫ & ꝙ minorib⁹ nobis cōsuetū est facile id maiores facti sequi solem⁹ & pueri libēter parentum studiis qb⁹ innati atq̄ ī nutriti sūt dari se patiūtur. sed id ꝙ est ī ciuitatib⁹ consuetum plurimuꝫ sequimur tanq̄ sit id optimuꝫ factu: quod cęteri & probant & faciūt. Ergo di ficilima omniuꝫ est ea deliberatio nam aut libera non est aut ad eam non nisi falsis opiniōibus imbuti ex mala consuetudine: & hominum peruerso sermone uenimus. Datuꝫ tāmen est quibusdam munere dei singulari út ipsi per se rectam uiaꝫ sine ullo duce: & inire & tenere potuerint. Paucis illis quideꝫ: & quos ęquus: ut ait poeta Iupiter: amauit aut etiā genuit ut fabulis quoq̄ aliq̄d

demus Qualeȝ in primis Herculeȝ accepimus quod & greci tradūt & latini post eos meminerunt: hic enim cum duas cerneret uias unam uirtutis alterā uoluptatis: forte id etatis agēs qn̄ de tota uita deliberatio sumēda est: in solitudineȝ secessit: ibiq; multuȝ ac diu secuȝ cogitās: ut ē ea etas ībecilli iudicio cōsilioq; uirtuteȝ tādeȝ reiecta uoluptate cōplex9 ē. Vnde sibi p multos ac ḡues labores opiniōe hōinuȝ inter in coelum extruxit. Ita igiť ille. Nobiscū aūt bn̄ agitur: si p̄ceptis manuq; deducimur ut pbi sim9: aut si ui ēt necessitateq; ad id cogamur: ē enī felix necessitas que cogit ad bōū Quā q̄ & tibi quoq; ubertīe id uideo in pte cōtigisse. n. Cū due sint ex studiis atq; artib9 hominū que p̄cipue: que & ad excolēdā uirtutā & ad parādaȝ gloriā maxīe sūt affines armoꝝ uidelicet ac litteraꝝ disciplina: liceretq; tibi p parentis indulgētiaȝ solam militarem: que familie uestre prope peculiaris est persequi. Tu utramque ita es. & industria & studio tenaciter complexus: ut equalibus tuis longo interuallo post habitis cum maioribus quoque

certarē ī utroq; laudis generē possis· Probe igr̄
facis qui & militarē disciplinā ī qua semꝑ tui
maiores exceluerūt nō negligis : & ad uerterē
hāc domesticā gloriā nouā etiā litteraꝶ laudē
adicere tētasti: neq; n. imitari eos studes . Est
aūt hoꝶ nostris tēporibꝰ turba īgens: qui sibi
opinioneꝫ dotrinę ut dedecus abhorrent . Ha
ud licinii qōdā romanoꝶ īpatoris sētētiaꝫ pro
bas: qui litteras uirus ac pestē publicā appella
bat multo magis ꝙ ille ait beatas fore res pu
blicas: si uel studiosi ea sapientię regerent uel
eaurm rectores studere sapientię contigisset .
Et quidem ꝙ ueruꝫ est litteraꝶ disciplinę neq;
demētiam adimunt : neq; malignitatem quī
magis ut eos qui ad uirutem: & sapientiā na
ti sunt magnoꝑe adiuuant· Ita ꝑ sępe sūt aut
inditia stulticię detegendę : aut instrumenta
ꝑnitiosioris iniurię. Nam & claudium ne a ro
manis principibꝰ discedamus sane doctum ac
cepimus : & neronem eius priuignum atq;
in prinicipatu succesorem eruditum in primis
constāt : quorum prior insignis uecordię fuit.
Alter crudelitate atq; omnibꝰ flegitiis conta

minatus qui tñ sub obtentu demẽtię dixit ali
quãdo optare se litteras nescire: q̄ & optãdum
sibi profecto fuerat: si modo non alia ratiõe q̃
litterarũ ĩgnarus esse clemẽs potuisset. Sed opi
nor eum si etiã litteras quoq; quę male apud
se habitant eicere sibi prosus licuisset tam ma
ture ac libenter facturũ fuisse q̃ illã simulatã
ad tẽpus dementiã exuit nec cui uirtutũ aut
bonarum artiũ reliquus in se locus esset. Cõtra
ũo iacobus de cararia ꝑauus tuus: & prudens
uir: & princeps magnanimus ipse quidem nõ
magnopere doctus mirũ tñ inmodũ doctos
colluit: ut id unum fortunę suę defuisse iudi
caret q̄ non esset quantum modestum homi
nem optare liceat eruditus & ĩ senectute quidẽ
optare consequi uno non facile: nisi ab initio
ętatis studio laboreq; nobis doctrinã paraue
rimus: paranda sũt igitur in iuuẽtute solatia
quę honestam senectutẽ possint oblectare: nã
quę sunt iuuentuti laboriosa studia ea erunt
iocunda ocia senectuti. Et sunt in hac re sane
magna pręsidie siue contra languidũ corporẽ
remediũ quęrimus: siue solicitis occupatiõibus

ſolatiū. Nam cm duo ſit genera uitę liberalis. unū qꝫ totū ī otio ac ſpeculatiōe ē. Alteruꝫ qꝫ in actiōe negotioq̄ cōſiſtit. In priore qdē q̄ ſit neceſſaria cognitio uſuq̄ſcripturaꝝ nemiē exiſtimādū ē later. ī poſterior ūo q̄ ſit utilis facile hic dignoſci poteſt. Nā q ad res gerendas animū applicāt: omitto quātū & preceptis illoꝝ q ſcripſerunt & eoꝝ exēplis de qbus ſcribitur prudentiores fieri poſſunt. Sed ſiue rē publicam adminiſtrent: ſiue foris ībellis: aut domi ī ſuis amicoꝝq̄ negotiis uerſent: nō habēt fatigati qua alia in re iocundius acquieſcere ualeant. cum etiam incidant tempora: & hore in quibus ab huiuſmodi rebus uacare neceſſe eſt nam & a re. pu. ſępe. īuiti prohibemur: & non ſemper gerunt bella: & ſiguli dies noctesq̄ aliquid habent domi quo cotineri: & eſſe ſeorſū oportet: ī hoc igitur tempus cum nihil nobis per otium agere foris licebit lectio libriq̄ ſuccuret niſi prorſus ſōno indulgere aut inerti ocio tabeſcere uoluemus: aut morem imitari domitiani principis qui ſingulis diebus certis horis ſecretus ab omnibus ſtilo ferreo muſcas

insectabatur. Fuit hic q̄dē Vespesiani filiꝰ Titi uō minor nactu frater: utriq; profecto lōge ī par: īmo uero tāto omniū deterrimus quanto Titus probatissimus est omniū habitus: quē historię delitias humani generis appellauere Itaq;: & eius memoriā taʒ. celebris est q̄ illius exacrabilis: libero. n. iuditio dere bꝰ uitaq; hominū posteritas utit̄: q̄ nec uituperare ī pbos metuit: nec laudes inuidet bene meritis: Qua q̄dē ī re magna est: ut uidemus prerogatiua principibꝰ: īmo uero prope dixerī necessitas ꝓposita bene gerendaruʒ reꝝ: si iuditium hominum: & famę apud posteros ęternitateʒ spectar̄ uelīt. Nā ī cęteris q̄deʒ humilioribꝰ magnia ui ac uirtute opus ē: ut in lucem emergant: & eoꝝ peccata suę sortis obscuritate tegantur. In principibꝰ uero & magnis uiris: probitas: siue ꝙ rara sit ī multa fortuna: ac ꝓpterea magis admirationi habetur: siue ꝙ ex fortunę splēdore magis illustretur: ea uel si modica ē p̄clara ac īsignis habet̄: malefacta aūt nec latē r̄ q̄uis secr̄ta possūt nec cogita dui taceri: illi. n ipsi q̄ aut mīstri sī uoluptatū: aut socii criū cō

consciiq; factoꝝ efferunt :& primi damnant.
Quo in genere eius ipsius domitiani demen
tiaꝫ ex cubiculariis unus urbano schomate no
tauit: aliquãdo cũ interrogatꝰ esset: ne quisq̃
cum domitiano intus: respõdit ne musca qui
dem:quasi ille suo ões stilo substulisset:huic
eius occupationi taꝫ ĩ decore ueniaꝫ forte pos
set indulgeri: si modo cõstaret qdnaꝫ per hye
mem solus agere consueuisset:aut si non ma
iore odio ex cęteris facinoribus:q̃ ex hoc aucu
pio tam foedo irrisione se dignum prębuisset.
Naꝫ ꝙ scipio dicere de se solebat nunq̃ minꝰ
solum.aut ociosum esse:q̃ cuꝫ ociosus:aut so
lus uideretur non facile cui uis potest:cõtinge
re:sed solis magnis ingeniis atq; excellenti uir
tute pręditis:tam & si nihilo mihi uidetur mi
nor qui contra & in turba solitudinem serua-
re potest:& in negotio quieteꝫ:ꝙ de catone q
dem scriptum est :qui interea duꝫ senatus co
geretur lectitare in curia libros frequens sole-
bat unde ni mirum & in rem peęsentem: & in
omne tempus saluberrima patrię consilia dic-
tabat. Quod si pterea alius nullus ex litteraꝝ
studiis fructꝰ haberet: q utiq; & plˀrimi sunt&

maximi satis: tamen abeunde magni uideri debet res momēti: q interea dum attenti legimus plerisq; auocamur: quę nō possemus sine turpitudine cogitare aut reminisci sine molestia. Nā si qd ē aut ī nobis ipsis: aut ī fortūa nr̄a quod nos offēdat hac facile ratiōe leuamur: p̄t id quod mirabiles uoluptates in animis hominū doctrinaꝝ studia pariūt: & uberimos afferūt ī tēpore fruct⁹ si qn̄ bonā mētē: & ei culturę idoneā tale semen inciderit. ergo cū soli sum⁹ ab ōnibus: & cęteris curis uacui: q ager meli⁹ possumus q̄ libros cōuenire ubi sunt omnia uel amoenissima ad cognoscēdū: uel ad bene sancteq; uiuendum efficacissima. Nam cum ad cętera quidē plurimū ualēt: tum ūo maxime ad saluandam uetustatis memoriam necessaria sunt monumenta litteraꝝ quibus res hominum: gestę fortunę: euentus inperati: naturę insolita opera: & super his omnibus ratiōes tēpoꝝ continent. Memoria etenim hominū & quod transmittitur p manus sēsim elabitur & uis unius hoīs ęuum exuperat. Quod autē libris bene mādatum est perpetuo manet nisi

pictura forsitam: aut exciso marmorum: aut
fusio metalloꝝ pōt etiam tale qddā pręstare
uerꝝ ea nec signāt tempora: nec facile uarieta
teꝫ indicāt motionū: & exteriorē tm̄ habitū ex
primūt: ac labefactari facile possūt. Quod aūt
litteris traditur: nō mō hęc quę dicta sunt effi-
cit: sed & sermōes quoqꝫ notat: & cogitatꝰ ho
minū effingit: ac si pluribꝰ exemplariis uulga
tum est nō facile pōt interire: si mō & dignitas
accedat oratiōi. Naꝫ quę sine dignitate scribū
tur: ea nec sortiūtur fidē: nec subsistere diu pos
sūt. Quę igit̄ potest ēē uita iocūdior aut certe
cōmodior: q̄ legere semper aut scribere: & no-
uas quidem existētes res antiquitatis cogno-
scere: p̄sentes uero cum posteris loqui: atqꝫ ita
omne tēpus quod etiam pręteritum est & fu-
turum nr̄uꝫ facere: O pręclaram supellectilem
libroꝝ in quā: ut nos: & O iocūdaꝫ familiam
ut recte Cicero apellat: utiqꝫ: & frugi & bene
morigerā: nō. n. obstrepit: nō inclamat: non est
rapax: nō uorax: non cōtumax: iussi locuntur
& iterum iussi tacēt: semperqꝫ ad omne impe-
rium pręsto sunt: a quibus nihil unquam nisi

quod uelis: & quantum uelis audies. Eos igitur qm̄ nostra memoria nō est omniuȝ capax ac paucoꝝ qdeȝ tenax: & uix ad singula sufficit: secūdę memorię loco habēdos asseuerandosq; censeo. Naȝ sunt littere qdeȝ ac libri certa reꝝ memoria: & scibilium omniū cōmunis apotheca: idq; curare debemus ut quos a prioribꝰ accepimus: si nihil ipi ex nobis gignere forte possumus ītegros atq; īcorruptos posteritati trāsmictamus: Eoq; pacto: & his q post nos futuri sūt utiliter cōsulemꝰ: & his q ꝑterierunt uel unā hāc suoꝝ laboꝝ mercedē repēsabimꝰ In quo iuste forsitan possumꝰ quoddā sęculū ꝓximasq; supiores ętates accusare: indignari quidē licet ꝓficere aūt nihil. q꜊ tam mlta illustrium auctoꝝ ꝑclara opa deperire passi sunt. Et quorūdam qdem nomina sola summis tñ laudibus ornata. Aliorum etiam pars uigiliarum: & fragmēta quedā opum ad nos ꝑuenerūt: unde fit ut ex splēdore laudū ac nois opa desideremꝰ illoꝝ hoꝝ uero reliquos labores depisse id īdignemur ex eaꝝ reꝝ q̄ ſupant adhuc excellētia: ac dignitate: tā etsi ea ipa iple

tisq; partiũ suaꝝ tã uitiose corrupta quędam
etiã intercisa ac mutilata suscepimus: ut pene
melius fuerit ex his nihil ad nos puenisse. Sed
ĩ hac iactura que maxĩa ẽ: nõ debet id mĩimũ
uideri quod res plurimas nr̃s atq; italię facta
cognitiõi dignissĩa: ꝓmagã pte latere nos cõtĩ
git: quoꝝ notitia cũ libris simul ac mõimentis
eoꝝ periit. Sicq; q barbaroruȝ rex gestas noui
mus plerasq; ex nostris casus libroꝝ ignoram⁹
Et ẽ eo deuẽctũ ut latĩe quoq; historię: & cogni
tiõẽ: & fidẽ a gręcis auctorib⁹ exigam⁹. Pl̃rima
nãq; taliuȝ quę apud nos aut anguste ꝑscripta
aut ꝑrsus ĩcognita: late apud eos r̃piũt̃ diffu
sa: q̃q̃ & ea ipsa greca oratio q̃ nostris maiori-
bus ẽẽ quodã domestica ac ꝑfamiliaris solebat
apud suos pene int̃iit: apud nos uero ꝑrsus ex
tinta est: nisi pauci qdã q hac ętate illi incubu
erunt: iã e sepulchro ĩ lucem reuocẽt. Sđ redeo
ad historiã cuius eo grauior ẽ iactura: quo eius
rei cognitio: & utilior & iucũdior. nã libralib⁹
qdem ingeniis: & his q ĩ publicis r̃b⁹ & hõium
conmunitate uersari debent. conuenientiora
sunt historię noticia: & moralis philosophię

studiū· Cętere q̄dē .n. artium liberales dicunt̄ q̄a liberos hoīes doceāt. philosophia uō icirco est liberalis quod eius studiuз liberos hoīes ef ficit: In hoꝝ igit̄ altero pręcepta q̄d seq: q̄d ue fugere conueniat: in altero exēpla iuenimus: In illa .n. ōniū hoīū officia reperiuntur: & q̄d queq; deceat: in hac uō ꝙ dittū factūue ē suis quodq; temporibꝰ adiicendum est: ad hęc nisi fallor & t̄tiū .i. eloquētiā: q̄ ciuilis sciētię ps q̄ dā ē ꝑ philosophiā siq̄dē possumꝰ ratiōe setire ꝙ ē i ōni primū: ꝑ eloquētiam grauit̄ ornateq̄ dicere qua una re maxīe cōciliāt̄ multitudinis animi: ꝑ historiā uero in utrūq; iuuamur. Nā si senes id circo prudentiores iudicamus eosq; libenter audimus: ꝙ ꝑ longam uitam: & inse multa expti sunt: & in inaliis pleraq; uiderūt atq; audierunt: quid de hiis est iudicandū qui multoꝝ seculoꝝ res cognitu dignas memori ter norunt: & ad omnem casum ꝓferre illustre aliquod exemplu**з** possunt. Ex q̄bꝰ id efficitur quod est sūmi uiri: & omnino excelentis inge nii: ut & optime discere quis possit: & studeat q̄ optime facere. Erant autem quatuor q̄ ꝑue

ros suos greci docere cõsueuerũt: litteras: luc tatiuam: musicã: & designatiuã: q̃ ptractiuã q dam appellãt. de luctatiua: & musica dicet po stea. designatiua ũo nũc in usu nõ est p libera li: nisi q̃tũ forsitã ad scripturã atinet. Scribere nãq;: & ipsũ ẽ pthraere ac designare: quo ad re liqua ũo penes pictores resedit. Erat autẽ nõ so lũ utile sđ & hõestum quoq; huiuscemõi nego tiũ apud eos: ut aristoteles ĩqt. Nã & iẽptiõi bus uasoꝝ tabulaꝝq; ac statuaꝝ: qbus grecia maxime delecta ẽ succurebãt: ne facile decipi precio possent: & plurimum cõferebant ad de phrẽdẽdã rerũ que natura cõstãt aut arte pulc hritudinẽ ac uẽustatẽ: qbus de reb9 ptinet ad magnos uiros: & loq ĩter se & iudicare posse: litteraꝝ uero magu9ẽ semper fructus: & adom nez: uitã: & ad õne hõiũ gñs. precipue ũo stu diosis eaꝝ ut ad accipiẽdã doctrinã ita & affir mãdũ ei9 habitũ reuocãdãq̃ lapsoꝝ memoriã Ante omnia igit̃ siquid proficere de doctrinis uolemus congrui sermonis habenda est ratio Et curandum ne dum maiora: persequimur turpiter in mĩoribus labi uideamur. Proxime

huic disputādi ratio adhibēda ē: p quā unā quāq; re: qd uerū falsūue sit facile argumētā do querimus. Ea cū sit discēdi sciētia: sciēdiq; disciplina ad ōne doctrīa℞ gen⁹ uiā facile apit Rhetorica ūo tertia ē int̃ ratiōales disciplinas p quā artificiosa quęrit̃ eloquētia: quā & tertiā posuimus īter pręcipuas ciuilitates ptes. Verū ea cū nobiliū hōiū studiis celebrari olī cōsue uisset: nunc pene pporsus obsoleuit. Nā a iudi tiis qdē certa peitus ē: ubi nō ppetua oratiōe sd̄ inuicē dialectico more adductus ī causā le gib⁹ cōtēdit̃: In quo gēñe pleriq; quōdā ex ro manis adulescētib⁹ magnā gloriā tūt assecuti aut diferēdis sōtib⁹ reis. aut detēdēdis īsōtib⁹ In deliberatiuo ūo genere iā apud prīcipes & rerum dnōs nullus ei locus est: quoniam pa ucis: expediti uerbis sentētiā uolut: & nudas afferri in cōsilium rationes. in populis q uel sine arte copiose dicere possunt clari habētur. Demonstratiuum genus restat: quod ut nūq̄ est in usu sublatum: ita uix ūsq̄ ratione inue nitur. Nā in faciendis orationibus his artibus utuntur fere omnes: quę contra artem bene-

di cendi sūt. Quę cū ita sint elaborādū ē tñ ei quē uolumus ēē bene īstitutū ut ī ōni genere causaruꝫ ornate copioseq̄ꝫ possit exarte dicere Prima huic ē poetica cuiꝰ studiū: & si cōferre plurim̄: & ad uitā: & ad oratiōē pōt: ad delecta tionē tñ magis uidet̄ accomodata: Ars uero musicę: nā & ea audiētē delectat: magno quon dā apud grecos honore habebat̄. Nec putabat̄ q̄sq̄ liberalit̄ eruditus nisi cātu: & fidibus. Qu amobrem socrates ut ipse senex didicit ita īge nuos adulescētes erudiri ī his iussit. nō q̄dē ad lasciuię īcitamētū: sed ad motus aīę sub regu la ratiōeq̄ꝫ moderādos. ut. n. nō ōnis uox: sed tātū q̄ bene cōsonat ad sōni melodiā facit: ita & motus aīę nō ōes: sed qui ratōi cōueniūt ad rectā uitę armoniā pertinēt. Veruꝫ cū ad remi sioneꝫ animi: sedādasq̄ꝫ passiōes plurim̄ uale at modulatiōis usus: tū ūo eiꝰ disciplie cog̃itio digia ē īgeīo liberalis: scdm̄ quā rōꝫ speculamē sonoꝝ uarias nat̄as ac pōtates. & exq̄bꝫ īuicē ꝓportiōibꝫ cōsonātias disonātisq̄ causāri cōti gat: queādmoū & d̄ numeris ratio: q̄ arimetica dicta ē d̄ magītudibꝫ q̄ geometria ē appellata

ĩquibꝰ ſecũdũ uarias relatiões pariũ uel inpa
rium: & itẽ lineaꝶ: ſupficieꝶ: aut corpoꝶ uãriẹ
ſpeties numeroꝶ magnitudinũq; cõſtituunt
multaq; his ineẽ ꝓpria demõſtãt: q̃ cogĩtio iu
cũdiſſima ẽ: & pręcipuã inſe certitudĩẽ cõtinet
Sꝫ & illa quoq; pulcherrima ẽ q deſideꝶ mo
tibꝰ magnitudinibꝰ ac diſtãtiis ꝑtractat: Euo
cat.n. nos ab his tenebris: & craſſo aere: & in ſu
piorẽ illã lucidiſſimã domũ tot lumĩaribꝰ diſti
ctã. oculos atq; aĩũ inducit. in quã aſpitiẽtem
iucũdũ ẽ fixaꝶ ſtellaꝶ imagines diſcerneret.
& erraticas ſuis locis noĩbꝰq; denotare. eaꝶq;
cõiũctioes. & itẽ ſolis lunęq; defetus lõge ãte p̃
uidere atq; prędicere. Maxĩe ũo ſcientia. de na
tura ĩtellectui humano cõſona: atq̃ cõformis
ẽ ꝑ quã naturaliũ rerũ aĩamataꝶ ĩanimata
rumue principia paſſioneſq̃. & eoꝶ quę cęlo &
mundo continentur. motuum ac tranſmuta
tionum cauſas. effectuſque cognoſcimus ac
multorum quidem poſſumus cauſas reddere
quę uulgo miranda uideri ſoleant: Quę cum
omnia iucundum eſt intelligere: cum maxima
negotiari circa eas quę in aere: & circa terram

fiant inp̄ſiones iucūdiſſimū ē. ęque ūo & quę his anexe ſunt cognitiōes pulcherias iq̄ſitiōes habēt: ut eſt pſpectiua: & depōderibus tradita ratio. Et quoniā quidē dicēdo hactenus ꝓuectus ſū: reliquas quoq; diſciplinaꝝ attigā. Medicina igit̄ eſt: & cogitu pulcherrima: & ad ſalutē corporū conmodiſſima. uerū exercitiū habet mīme liberale. Legū peritia publice priuatiq; utilis eſt & magno ubiq; honori habet̄: & ipſa q̄dem a morali philoſophia deriuata eſt: quemadmodū ab naturali medicīa. Quāq̄ ut honeſtū ē aut audiētibꝫ īterpretari: aut ī iure diſceptantibus de iure cōſultuȝ aperire: ita eſt īdecori tractantes cauſas precio conuento operas uenditare.

Sciētia uero diuina ē de cauſis altiſſimis. & rebus quę ſunt ſemote a noſtris ſenſibus. quas intelligentia tātū attigimus. principales itaq; diſciplinas ferre cōnumerauimus omnes. non quo unicuiq; ōnes neceſario aprehēdēde ſint ut doctus tandem aut ſit. aut habeat̄. Nam & ſingule totum ſibi hominem uendicare poſſunt. & utrūq; eſt uirtutis opus. ut modeſtas

opes: ĩterea etiā mediocrē posse pati doctrinaȝ
sed ut ad quā qsq; aptissimus erit: eā potissimū
āplectat. q̄q̄ ita sūt coiūcte doctrię oēs: ut nul
la queuis ignoratis ꝓrsus aliis egregie percipi
ualeat. Sđ ĩgēioꝝ diuersa sūt gen̄a. Quędam
.n. facile ĩueniūt ĩ una quaq; re argumētū: &
mediū quo suū ꝓpositū inferāt: quędā ūo tar
da sūt ad inueniēdū: uerū solida ad diiudicā
dū & priores qdē illi quib⁹ ita ĩgeniū ē ad op
ponēdū aptiores sūt. Posteriores: ūo ad respō
dēdū. Itē illi ad poeticā faciūt: & ratiōales sci
ētias. hi ūo ad reales. sūt aūt: & alii ĩgenio qdē
ueloci: lĩgua ūo sermoneq; tardiore & hi ad cō
positum sermonem oratiōemq;: Rhetoricam
ualere uidentur. In utraq; uero ui prompti ad
dialecticas disputationes pręclare faciunt. qui
bus autem sermo uelocior est q̄ ingenium. id
est lingua quidem sunt promta ingenio uero
tardo Ad neutrū genus ualēt oratiōis. āplius
ĩ quibusdaȝ memorie uis multa uiget: & ni ad
cogĩonē historiaꝝ ualēt: & conprehendenda le
gum ampla uolumina. In quo scire nos opor-
tet memoriā pręter ingenium ualere nō multū

Ingeniuꝫ uero sinẽ memoria prope nihil: quã
tum qdem ad discplinas attineat. Ad agibilia
uero cõtra ꝓpterea ꝙ mãdari scriptis uice me
morię acta res agẽdaqꝫ possit: De doctrinis au
tem nõ uidemur id scire qđ nõ memoriter sci-
mus: aut nõ facile reminisci possumꝰ. Sũt p̄te
rea qbus est uis animę ab sensibilibꝰ: & mate
rialibꝰ rebus abstracta: & sepatis & uniuersali
bꝰ aprehẽdẽdis aptior: Alii cõtra: circa ꝑicula
ria discurrere: & negociari sunt ꝓniores: & hi
qdem ad prudẽtiam & naturalem sciẽtiam. il
li uero ad mathematicas faciũt: & ad diuinaꝫ
quę methaphisica dicitur. Pręter hęc aũt cum
duplex sit intellectꝰ speculatiuus: & praticus:
ut quisqꝫ secũdum alteꝝ potior erit: ita cõue-
uiẽtia illi studia sequi debebit. Sunt insup li
mitata: & queãdmodum in iure dicunt: glebę
ascripta q̄dam ingenia quę cuꝫ in cęteris im-
becilia sint uno tñ aut in altero ualent eximie
ea aũt sola sunt illis ꝑmittenda in quibus solis
plurimũ posse iudicãtur: Veꝝ Aristoteles qui
dem uoluit liberalibꝰ scientiis nõ nimis indul
genduꝫ nec inmoranduꝫ esse ad perfectioneꝫ

ciuilē hoīū uitā: negotiosamq; respectans. Nā q totus speculationi: & litterarum ilecebris dedi tus ē is est forsitā sibi ipsi carus: at parū certe utilis urbi: aut princeps est aut priuat9: Ac de doctrinis qdē: & igeniis: ac utrorumq; generib9 ita uidetur diffiniendum. In quibus est id āte omnia aīaduertendu3: quod non mō maiora illa precepta que puerioribus traduntur: sd & prima quoq; artium elementa ab optimis pre ceptoribus accipere conuenit. & ex auctoribus nō quibuslibet passi īmorari: sed optimis: qua ratiōe & Philippus res macedonū primas litte ras ab Aristotele discere: Alexādru3 uoluit. & ueteres Romāi liberos suos schole mācipātes in uirgilio primū erudiri curabāt: optia utriq; ratiōe. Nā quod teneris mētibus insitū ē: alte radices mittit: nec facile postea diuelli ui ulla potest. Ergo si meliorib9 initio assueuerit: illos habebūt pcipuos: & ueluti ducib9 semp utent Si uero errores ullos ībiberit: his duplici tēpore op9erit. primū ut errores excutiāt: ac deide ut uera pcepta cōdiscāt Quāobrē thimothe9 mu

ſicus ſuo tēpore illuſtris: qui ob multiplicatas incythara cordas: & nouoꝝ modoꝝ ad iūctio nem ſptha iuſſus eſt exulare: ab diſciplīs q̄dm q̄ nihil apud alios ꝑfeciſ & etiā certā paciſceba tur mercedē: ab his uero q ex aliis qdpiā edidi cerāt: duplā exigebāt. In diſcendo autem ſolet eſſe pleriſq̄ īpedimento: id ꝙ magno adiumē to eſſe debuerat. multa uidelicet cupiditas diſ cēdi: qua fit ut dum ōnia piter cōplecti uolūt nihil tenere ualeant. ut enī ſupfluus cibus nō nutrit ſꝫ ſtomacum qdem faſtidio afficit reli quum uero corpus agrauat atq; infirmat. ita multa rerum copia ſimul ingeſta memorię & facile in preſenti elabitur: & in futurū imbeci liorem uim eius reddit. Semper igitur multa legant diſcipline ſtudioſi: ſed pauca quotidie delegant: quę decoquere eoꝝ memoria poſſit. Sicq; tria aut quatuor: pluraue ut cuiuſq; uis erit aut ociū pro eius diei pręcipuo lucro ſeor ſum reponant: alia uero legendo: id Conſe- quentur: ut quę iam didicerunt meditatione ſaluent. quę uero non dum quotidie magis familiaria ſibi legendo faciant. Huic autem

